UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

COLLATIO-||NVM SACRARVM|| LIBRI VIII.|| Tilmanni Bredenbachij S. Th. D.||

Bredenbach, Tilmann

Coloniae Agrippinae, 1592

VD16 B 7378

18. De Leonis IX. Pontif. Max. in pauperes & pietate, & miraculo circa leprosum patrato.

urn:nbn:de:hbz:466:1-65002

Visual Library

inuocabant, completaq; cum deuotione Miſſa,omnibus pauperibus per præconem vocatis,omnia precioſa cibaria, quæ ſibi & curialibus præparata erant, in vſus illorum conſumpſit, ipſeq; pius Imperator, cum cæteris prælatis ac miniſtris, proprijs manibus illis lauit.

Theodoretus lib.1.cap.18 Eccleſiaſt.hiſtor. De S.Helene Imperatricis in religioſas virgines pietate & humili miniſterio.

CAP. XVII.

ILluſtriſſima & maxima digna admiratione Imperatrix Helena mulieres, quæ toto vitæ tempore virginitatem excolebant, primum omnes in vnum congregari, & ſedibus præparatis accumbere iuſſit, deinde illa ipſa ancillæ munus exſequi, apponere cibaria, & gutturnium cum malluuio adferre, aquam denique earum manibus, dum lauant, miniſtrare non dedignata eſt.

Ioannes Nauclerus hiſtoricus generation. 36. De Leonis IX. Pontif. Max. in pauperes pietate, & miraculo circa leproſum patrato.

CAP. XVIII.

LEo iſte Pontif. vir fuit pietate, innocentia, benignitate, gratia, hoſpitalitate adeo inſignis, vt domus eius peregrinis & pauperibus ſemper pateret. Nam cù ſemel ante fores ſuas leproſum inueniſſet, cumq; præ miſericordia, collocari in lecto ſuo mandaſſet, a-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

pertis manè à ianitore foribus, nuſquam pau-
per inuentus eſt, Chriſtum pauperis nomine
eo loci recubuiſſe creditum. Hic deinde anno
domini 1054. glorioſè vitam finiuit, xj. Cal.
Maij, Romæ in Eccleſia S. Petri ſepultus, mi-
raculis claruit multis.

*Venerabilis Beda lib. 3. historia Anglicanæ. Oſual-
dus rex cùm in pauperes & peregrinos eſſet libe-
ralißimus, dextera eius ab Epiſcopo Aidano be-
dicitur, quæ & poſt modum defuncto iam Oſual-
do, manſit incorrupta.*

CAP. XIX.

SAnctus Oſvvaldus regni ampliſſimi culmi-
ne ſublimatus, quod dictu mirum eſt, ni-
hilominus pauperibus & peregrinis ſemper
humilis, benignus & largus fuit. Fertur enim
quod tempore quodam, cùm die ſancto Pa-
ſchæ cum Aidano Epiſcopo conſediſſet ad
prandium, poſituſque eſſet in menſa coram
eo diſcus argenteus, regalibus epulis refertus,
iamque eſſent manus ad panem benedicen-
dum miſſuri, intrauit ſubitò miniſter ipſius,
cui ſuſcipiendorum inopum erat cura dele-
gata, & indicauit regi, quia multitudo paupe-
rum vndecunque aduenieus maxima, per pla-
teas ſederet, poſtulans aliquid eleemoſynæ à
rege. Qui mox dapes ſibimet appoſitas, defer-
ri pauperibus iuſſit: ſed & diſcũ confringi, at-
que eiſdem minutatim diuidi præcepit. Quo
viſo, Pontifex qui aſſidebat, delectatus tali fa-
cto

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN